



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Marii Mercatoris S. Augustino Æqualis Opera Quaecumque Extant**

[Complectens Ea Quæ Ad Hæresim Nestorianam Spectant]

**Marius <Mercator>**

**Parisiis, 1673**

Caput I. Quis status quaestionis illius celebris, quam Nestorius movit  
Ecclesiae, & propter quam finiendam opus fuit concilio generali.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14215**

CAPUT I.

Quis status questionis illius celebris, quam Nestorius movit Ecclesie, & propter quam finiendam opus fuit concilio generali.

Tria dogmata fidei velus fundamenta defendit Ecclesia.



RIA sunt fidei christianae dogmata, consubstantialitas divinarum personarum, Incarnationis veritas, & ejusdem fructus, quae salus hominum: quibus statuendis Ecclesia laboravit jam inde a primis temporibus.

Sed operosius, quod ad Incarnationis veritatem pertinet.

Inclitum quidem fuit bellum adversus hostes *ενοχου*; sed si fas dicere, concedit conventi alteri in antichristos, seu verae Incarnationis destructores motos: quare bellum illud prius duobus conciliis generalibus confectum est, alterum vix quatuor potuit, & iis tamen ita numerosis, ut aliquando totus orbis christianus vnam in urbem Chalcedonem confluisse crederetur. Conciliorum, quae dixi, primum Ephesi habitum est in causa Nestorii, ut ingens illa quaestio solyretur, ex qua christiani nominis salus dignitasque penderet. Ut autem perspiciatur, quis fuerit tantae controversiae status, quod hoc capite praestandum, exponendum primo, quae fuerint olim haereses de conjunctione naturarum duarum in Christo; deinde catholicum dogma haeresibus contrarium; denique qua parte Nestorius Ecclesiae consensit, qua dissensit.

Variae haereses de conjunctione naturarum in Christo.

OMNES qui nomine Christiano in hunc usque diem censiti sunt, asseruerunt vnam consensu, duas in Christo naturas, divinam & humanam, aliquatenus fuisse conjunctas. At ubi primum quaesitum est, vel quid divinitatis per se ipsam, quid humanitatis, vel quo utraque modo sociata sit, orta sunt de repente haereses tam inter se adversae, quam catholicae fidei pugnaes.

Recensentur a Patribus praefertim duobus.

Singulas recensere, nec breviter licet, nec locus exigit. Id opere praestiterunt eximii duo inter Patres, Cyrillus & Leo magnus: ille cum de recta fide ad Theodosium scriberet; iste cum Ecclesiam adversus Eutychem doceret: praestitit etiam nostra aetate Dionysius Petavius, magna cum eruditionis, tum diligentiae laude.

Et ab erudito Petavio tam. 4. dogm. l. 1. Haeretici omnes erraverunt, vel circa naturas ipsas, vel circa conjunctionis modum & genus.

Nos apposite, nisi fallor, ad institutum, ita rationem inire possumus. Quisquis de naturarum in Christo conjunctione cogitat, statim naturas ipsas, quae conjunguntur, a conjunctionis modo intelligentiae vi discernit, ac naturas quidem distinguit duas, conjunctionis vero tum genus, tum perpetuitatem attendit. Circa haec omnia a nonnullis erratum est; sed ab aliis, circa naturas; ab aliis, circa conjun-

tionis modum; nec tamen adhuc a cunctis pariter: ex illis enim quidam circa divinitatem, quidam circa humanitatem decepti sunt. Isti pars circa conjunctionis genus, pars circa perpetuitatem lapsi sunt.

Atque hinc existit quadriparsita quadam diviso, quae idcirco maxime facit ad rem nostram, quod inter explicandas divisionis partes singulas, appellandi non sint nominatim alii fere haeretici, quam quorum societas, vel a catholicis Nestorio, vel a Nestorio catholicis objecta est.

Aliis per excessum, aliis per defectum peccantibus.

In exponendo igitur Incarnationis mysterio, peccavit contra divinitatem, quasi per excessum Sabellius, ut qui totam per se divinitatem incarnatam asseruerit, propterea quod trinitatem personarum, non reipsa, ut par erat, sed sola voce, aut etiam operatione distingueret.

Peccavit contra divinitatem per excessum Sabellii.

Peccaverunt ex contrario per defectum Samosatensis & Arius: ille quidem, quia naturae humanae conjunctum dicebat Verbum Dei, sed ab *ουνο* atque prolatitium, & nostro pene simile; iste vero, quoniam, etsi Verbum faceret hypostaticum, noluit tamen Patri *ενοχου* facteri, sed vnam duntaxat de creaturis, omnium quidem primam atque praestantissimam, sed Deo tamen longe minorem.

Per defectum Samosatensis & Arius.

Contra hos Ecclesia catholicum dogma sancit, Verbum, quae secunda Trinitatis persona, Filiusque consubstantivus Patri, humanitati se junxisset.

Dogma catholicum contra vitiosum genus.

Sed jam de humanitate in errorem lapsi sunt Manicheus, qui carnis larvam solam; Apelles, qui carnem de caelo acceptam; Ariani, qui carentem omni anima; Apollinarius, qui expertem mentis assumptam asseruit.

Contra humanitatem Manichaeus, Apelles, &c.

Ecclesia contra istos haereticos totam humanitatem, ut tota salvaretur, a Verbo Patri consubstantivo assumptam esse definit.

Dogma catholicum.

Circa conjunctionis genus aliqui pariter per defectum, alii per excessum peccaverunt. Illi, ut Theodorus Mopsuestenus, cum vniorem, quam aiunt, moralem solam, sive *ψυχικη*, admitterent; isti cum naturae alterius in alteram conversionem fingerent; atque ita, vel divinitatis in carnem, quod Apollinaristarum nonnulli; vel humanitatis in Deum, quod Theopathitae; vel utriusque in mistum quiddam tertium, quod Eutyches tenuisse fertur.

Contra vitiosum genus alii per defectum, alii per excessum erraverunt.

Definivit in oppositum Ecclesia, naturas duas impermixtas, atque inconfusas, convenisse in *ουνο* substantiali, sive *ψυχικη*, atque, ut loquuntur, substantiali.

Catholicum dogma contrarium.

Erraverunt denique contra *ουνο* perpetuitatem, non ii tantum qui semper futuram, sed qui factam in vtero Virginis negarunt. Sic Paulus Samosatensis operibus promerit ab adulto *ουνο*. *Jesus* si finxisse dicitur: sic Leporius alique in tri-duo mortis depositam, aut saltem cum de cruce

Contra perpetuitatem vniorem erravit Samosatensis, &c.

Christus se derelictum quereretur, aut etiam in toto passionis tempore: sic Marcellus Galata post impletum redemptionis opus abjiciendam docuisse fertur.

Catholicum dogma oppositum.

Vide priores decem canones synod. v.

Totius catholici dogmatis partes quinque.

Stat e contrario inconcussa fides Ecclesiarum, naturas duas ab ipso conceptionis exordio convenisse, easque vnionem nunquam, vel amississe, vel amissuras esse: siquidem fideles omnes in symbolo profitentur, se credere in Christum, cuius regni non erit finis. Constat igitur catholici dogmatis partes esse quinque, Verbum scilicet consubstantivum Patri, humanæ naturæ integræ, vnione substantiva, in vtero Virginis, inseparabiliter esse junctum. Quinque hæc contrahi possunt tres in quaestiones, cuiusmodi naturæ copulatæ sint in Christo, quamdiu, & quomodo. De singulis videndum quid Nestorius sensisse se testatus sit.

§. II. Quid Nestorius senserit de naturis in Christo coniunctis.

De persona divina effluente recte sensit Nestorius, idque probatur.

VERBUM divinum, quod naturæ humanæ coniunctum esse Evangelista docet, neque esse prolaticum quiddam & admodum, quod voluisse fertur Photinus post Samosatenum: neque subsistens aliquid Patre minus, quod aiebat Arius; sed consubstantivum Patri, atque ipsius: constans fuit Nestorii, vtrumque hæreticum sermone publico impugnantis, confessio.

Exsertim ex sermone vtrouque postremo.

Serm. 12. num. 15.

Et Photinus quidem ac Samosatenum insectatur, vtroque postremo sermone, atque eo vehementius, quod ea se reprehensione, ab vtriusque societate, & cuius arguebatur, abstractius niteretur: Paulus, inquit, & Photinus hanc inter se differentiam habent: vnus eorum Christum solum hominem dicit: alter vero dicit quidem Verbum, non autem hoc consuetur esse Deum: sed dicit Verbum istud, aliquando quidem Patris nomine vocitari, aliquando autem Verbi nomine nuncupari. Unde etiam hoc appellat Nestorius, quod est Verbum & Pater, siue si dici possit Verbi pater, accipiens ad hoc pro sui sensus nequitiâ illud bene in evangelio dictum: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Vides, inquit, quia Deum Verbum, aliquando Deum, aliquando Verbum appellat, tanquam extantum atque collectum; non autem intraducit Deum Verbum hominem factum: nescit enim Christi divinitatem: nescit divinam substantiam hominem suscepisse; nescit prorsus Verbi existentem ante sæcula deitatem. Et paulo post: Photinus, sicut prædixi, deitatem Verbi non habet.

Num. 2.

Num. 3.

In ultimo sermone. Scientia pietatis est de consubstantivæ Trinitatis divinitate rectam inire rationem, & fateri divinam naturam corporatum hominem assumpsisse. Et paulo post: Servate igitur compendio hanc scientiam pietatis. Quæ est autem ista, nisi deus, & consubstantivæ divinitatis Trinitatis, & assumentis hominem divina natura? Vide in eadem sententiam sermonem septimum num. xi.

In præfat. h. pag. vi.

Iisdem locis Arium pariter licet innominatum oppugnat: quid aliud enim est Arius fateri, quam Ario contradicere? Deinde tantum in Arianos odium, quanto Nestorium exarsisse diximus, siue cum in vrbe regia incendit eorum templum, siue cum eisdem recensuit hæreticorum primos in lege, quam ferendam adversus eorum hæreticorum genus Theodosio suavit,

declarat satis, quam longe abesse ab eorum opinionantium, Verbum esse creaturam, ac certe quiddam Patre minus.

Denique non desunt in sermonibus, quæ Arium nominatim petant, velut hæc sermonis quarti: Præter hoc & Ariani hinc valde reprehensibiles sumus. Si enim vnicuique natum Deum Verbum, & simpliciter nominemus, vide ex hoc quid consuetur. Dicit simpliciter: Deus est qui natus est de Maria. Statim hæreticus infert reprehendens: Ergo immerito nos arguitis, Filium minorem Patre & creatum dicentes, quoniam apud vos etiam hoc in confessione est: Verbum Deum esse, qui natus est de Maria. Audi qua idem Deus Verbum de se ipse testatur: Euntes renunciate fratribus meis: Vado ad Patrem meum & Patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum. Sed cum hoc diceret, qui natus est de beata Maria, humanitate quidem nobis consubstantialis erat: in eo autem quod coniunctus Deo, nostra erat longe, quia Deus, substantia melior.

Atque etiam ex aliis. Num. 8. & 9.

Ioan. 11. v. 17.

Epist. de disc. c. num. 1.

Ad hæc accedat symbolum Theodori, quod cum Nestorius credendum populis proposuit, suum fecit: in hoc autem manifesta confessionis continetur. Accedat etiam Mercatoris de Paulo Samosateno testimonium, cum hæresim Nestorii a Pauliana discerneret: Nestorius, inquit, circa Verbum Dei, non quidem ut Paulus sentit, qui non substantivum, sed prolaticum, potentiaque Dei efficax Verbum esse definiit; non consuetur tamen isem Nestorius de Verbo substantivo, ipsum Dei Filium naturaliter esse: sed dicit, argute quidem, quia non expresse, ab æternitate Filium non esse, sed Verbum tantum, quod in substantia Patris manens, Deus sit consubstantialis, quem Greci *ὁμοούσιον* dicunt.

Sensit recte pariter de natura humana assumpta.

Ita Nestorius de Verbi divinitate; nunc de hominis natura. Integram a Verbo assumptam esse; non item carnem, vel anima ipsa sensitiva carentem, quod Ariani; vel mentis expertem, quod Apollinarius volebat, non apertis tantum verbis demonstravit, sed factis maxime, cum Apollinarii Atique hæc in parte confessionem contineret vnionis hypostatice defensoribus, id est, catholicis obiect. Perinde ac si substantialem naturarum vnionem cogitare nemo posset, nisi qui Verbum aut animæ totius, aut mentis saltem vice fungi diceret.

Quam calumniam vt propulsaret Cyrillus, cum rectæ fidei normam Theodosio traderet, totam scripsit a Verbo naturam hominis assumptam, vt tota sanaretur. Cumque suam Memnonique Ephesi fidem descenderet, Arium Apollinariumque & Eunomium damnare libello dato coactus est.

Hanc Cyrillo calumniam Andreas Samosatenus Orientalium nomine fecerat. Fecerat & Theodoretus, Cyrillum criminatus suis anathematismis in hæreticas & blasphemias voces erupisse, extinctamque dudum Apollinarii inanem simul impiamque doctrinam renovasse.

Nec Cyrillo tantum ille, sed omnibus quoque synodi Ephesinæ Patribus, modestiæ oblitus sui que, id criminis imponebat: nam cum iræ impotens propter damnatum Nestorium suum adversus sacrosanctum concilium virulentum stylum stringeret, sanctos fidei magistratos ita compellat: Tantum valuit invidia, cui vos mancipastis, vt que olim per vnum aut duos, & hos latentes, Apollinarius loquebatur, hæc nunc per multos Ecclesie præfules, congregationibus Ecclesiarum sacris exhibeat; & tales herba per panem iij

Lib. 5. Penta. legi.

propter  
a cunctis  
a divinitate  
cepti sunt.  
pars circa  
quædam di-  
id rem no-  
nis partes  
inatum ali-  
i, vel a ca-  
catholicis  
mysterio,  
per excessi-  
vinitatem  
nod trinitatis  
par erat,  
re distan-  
tum Sa-  
ia naturæ  
Dei, sed  
pene si-  
m faceret  
ram fra-  
omnium  
sed Deo  
gma san-  
persona  
mitati se  
api sunt  
Apelles,  
qui ca-  
pætem  
i huma-  
tri con-  
iter per  
r. illi,  
ionem,  
admit-  
m con-  
initatis  
nulli;  
arbitra;  
; quod  
is duas  
se  
intur,  
perui.  
n, sed  
: Pau-  
dulto &c.  
in tri-  
cruce

stores gregibus fferantur, luporumque morsus rectorum ministe io rationalibus ovibus instigantur: & qui in duabus aut in tribus civitatibus, extra murorum septa, paucos alloquebatur, quos etiam variis canticis seducebat, nunc iste per vos in mediis tripudiat urbibus: ejus enim predicatio errores, & vocum novitatibus decoramini, reparantes ejus blasphemiam, qua jam fuerat consumpta temporibus.

§. III. Quid Nestorius senserit de vnionis naturarum inceptioe & duratione.

Recte senserit de tempore, quo primum extitit vnio, idque probatur pluribus ipsius testimoniis.

UT de vnionis extremis duobus Nestorius ab Ecclesie sententia non recessit, ita nec Ecclesie oppositum quiddam sensit de tempore, quo vnio vel primum extitit, vel duravit deinceps, vel duratura est: sensit enim extitisse jam tunc cum operaretur Spiritus sanctus in vtero Virginis, Verboque templum adificaret, id est, in ipso hominis conceptu. Id vero tam aperte tamque frequenter tradit, vt mirari satis non possim hominum aliud Nestorio tribuentium sententiam.

Sermone 1. num. 5. & 6.

Sermone 111. Quis autem secundum substantiam ejus (Mariæ virginis) erit similis? Is sine dubio, qui Spiritus sancti officio extitit. Quod enim in ea natum est de Spiritu sancto est, cum quo indefinenter erat Verbum Deus. Verbum ergo Deus non est natus ex Maria, sed in illo, qui ex ea natus est, mansit. Non ex Virgine initium habuit: sed illi, qui crescendo per menses paulatim compositus in vtero Virginis est, inseparabiliter omni tempore sociatus est.

Sermone 4. num. 4.

Sermone 1v. Neque Deum oportet dicere nude & vicumque generatum, nemo enim, qui se est antiquior, generat: nec iterum humanitatem nudam profectum est, sed humanitatem conjunctam Deo esse generatam.

Sermone 5. num. 5.

Sermone v. Vt igitur mulier corpus parit, sed Deus animam tribuit, neque ideo mulier dicitur anima genitrix, quia peperit animatum, sed potius hominis genitrix: sic quoque beata Virgo, est peperit hominem, simul cum illo pertransiit Dei Verbo, non ideo est Dei genitrix. Et postea: Vide quid accidat, hereticæ, non in video nomen Virgini Nestorix: fateor enim reverendam esse eam, qua receperit Deum, per quam transierit dominus omnium; per quam iustitia sol illuxerit: Deus enim erat Verbum, & cum homine conjunctum, & in cohabitans. Sed porro suspicor plausum. Quomodo hoc quod dixi, transierit, intellexistis? Non dixi pertransiit, pro eo quod est genitrix: non enim ita facile mea sententia obliuiscor. Transiit Deum per Virginem Nestorix a Scriptura perdoctus sum: natum non edolui sum.

Sermone 11. num. 3.

Sermone x111. Qua est autem ista, (scientia pietatis) nisi *ἰσχυροῦς*, & consubstantiva diuine Trinitatis, & assumptis hominem diuine nature, & in virgineo vtero carnis suscepta, &c. Et postea: Summa voce proclamo, quoniam sancta Virgo & Dei est, & hominis genitrix; genitrix quidem Dei, propterea quod templum, quod in ea creatum est, vnium est diuinitati, &c.

Num. 5.

Quid quod epistola 1. ad sanctum Celestinum, natam ait humanitatem conjunctam Deo per spiritum: & anathematismo 1. ab ipsa conceptione copulationem habuisse. Quid plura? Vox ipsa Nestorix, quam vbique ingerit, rem aperte conficit: si enim Virgo Christum peperit, Deus & homo in ipsius vtero conjuncti sunt. Quando quidem Christus Nestorio est ad vnium *ἰσχυροῦς*, & conjunctum diuinitatis instrumentum.

Epistola 1. ad sanctum Celestinum.

Et vero Theodorus ipse magister Nestorii tradit in symbolo, Verbum suscepisse hominem virtute & potentia Spiritus sancti in vtero Virginis figuratum, eumque sibi inenarrabiliter copulasse: quod apertius exponit in libro ad baptizatos, cum ait: *Occulte eidem creator copulatus est; non aberat, cum formaretur; non diuidebatur, cum nasceretur; &c.*

Hanc magistro Theodoro doctrinam accepit.

Non longius aberavit Nestorius a veritate de perpetuo naturarum nexu, id est, qui neque hactenus sit interruptus, nec vnquam postea dissolvendus. Nam & humanitatem vocat *in-*

Redescende de perpetuitate vnionis.

*spoliabile vestimentum diuinitatis*, & incarnatione deitatis vnionem asserit incommutabilem ac semper manentem: & hominem dicit perpetuum diuinitatis possessorem, & cum ipso indefinenter esse Verbum Dei: & in Marcellum Galatam aliter sentientem gravissima oratione invehitur. *Omnium dominus indutus est nostram naturam, nunquam spoliabile scilicet deitatis vestimentum, inseparabile indumentum diuina substantia, speculum domini omnium, quod cum natura dignitatem propriam perdidisset, tametsi decies milies irascatur audiens Marcellus, non ad usum naturalem accepit hoc vestimentum, sed in sempiternum, vt ad dexteram sua diuinitatis faceret considerare; nihil sine isto suo vestimento videntibus donat: non iudicat mortuos sine isto; vnium esse voluit cum isto diuinitatis sua regnum.*

Serm. 11. num. 3.

Serm. 7.

Serm. 6.

Serm. 12.

Ex his, que hactenus exposita sunt, liquido constat, questionem a Nestorio motam omni ex parte pertinere ad vnionis genus sive modum, quo ambæ in Christo nature copulantur. Nam cum vnionem naturarum in controuersiam adduxerit, quod omnibus notum est; cumque partes catholicæ de vnione ista dogmatis quinque omnino existerint, vt antea ostendimus; & in quatuor prius expositis Nestorius Ecclesie confenserit, quod confectum est, restat vt de reliqua vna disceptaverit, id est, de genere, modoque vnionis, quam substantiam Ecclesia, Nestorius morale diceret.

Quis staret questionis motæ a Nestorio.

Et vero Leontius, vt imprimis eruditus, & in dogmatibus peruidendis solers, vniversum ea de re bellum motum esse scribit, monetque tamen, non fuisse de vocibus controuersiam, sed de modo totius mysterii Christi, quod non simpliciter ex hac aut illa voce, aut ex quibusdam verbis approbandum est, vel improbandum, sed ex primis principis. Principia vero esse modum vnionis, secundum hypostasim & secundum vnionem. Primum Patres tradidisse; alterum hereticos, qui hac ratione ad *ἰσχυροῦς* induxerint.

Testimonium Leontii. Lib. 1. aduersus Nestor. &c.

